

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 3

DE ORATORE

EDIDIT

KAZIMIERZ F. KVMANIECKI



BSB B.G.TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1969

SIGLA CODICVM

- Weidner, R., Ciceros Verhältnis zur griechisch-römischen Schulrhetorik seiner Zeit. Diss. Erlangen 1925.
 Wlassak, M., Die klassische Prozeßformel. Akademie der Wissenschaften in Wien. Philosophisch-historische Klasse. *Sitzungsberichte* Bd. 203 (1925, 26) Abhandlung 3.
 Zoll, G., Cicero Platonis aemulus. Untersuchung über die Form von Ciceros Dialogen, besonders von *De oratore*. Zürich 1962.

SIGLA CODICVM

- C = consensus familiarum M et L
 M = consensus codicum AHE
 A = Abrincensis 238 saec. IX
 H = Harleianus 2736 saec. IX
 E = Erlangensis 848 saec. X

Ad eundem archetypum (M) redeunt:

- K = Excerpta Hadoardi in cod. Vat Reg 1762 (saec. IX) asservata.
 L = consensus codicum VOPUR ex exemplari Laudensi nunc deperdito originem ducentium.
 V = Vaticanus 2901 saec. XV
 V^v = lectiones in V notula .v. (i. e. vetus) insignitae
 V^m = lectiones in margine codicis V exaratae
 V² = lectiones a secunda manu profectae, magnam partem ex editione Romana (1469) depromptae, ad Laudensis codicis textam restituendum nullius pretii
 O = Ottobonianus 2057 a. 1422 e Laudensis apographo descriptus
 O^v = idem, e codice Laudensi a Viglevio de Ardicio a. 1425 emendatus; lectiones notula -sel- designantur
 O^{a1} = lectiones in codice O notula al' (alii) a Viglevio insignitae maximam partem e familia M ductae
 P = Palatino – Vaticanus 1469 saec. XV ex eodem Laudensis apographo atque cod. O descriptus
 P² = lectiones a secunda manu profectae e familia M ductae
 U = codex bibliothecae Universitatis Cornelliana saec. XV siglo B 2 insignitus e Ioannis Lamolae apographo a. 1428 facto ab Alesio Germano descriptus et cum lectionibus familiae M contaminatus
 U^v = lectiones in codice U siglo .v. insignitae
 Uⁿ = lectiones in codice U siglo .n. (i. e. novi) insignitae
 R = Palatino-Vaticanus 1470 saec. XV e codicis Laudensis apographo quodam descriptus et cum lectionibus familiae M contaminatus
 R^v = lectiones in cod. R siglo .v. insignitae
 Rⁿ = lectiones in cod. R siglo .n. insignitae

SIGLA

Praeterea ad exemplar Laudense referenda sunt:

- N^v = lectiones in codice Neapolitano IV A 43 siglo .v. insignitae
 B^v = lectiones in cod. Bononiensi 468 siglo .v. insignitae; quibus opponuntur
 Bⁿ = lectiones in cod. Bononiensi 468 siglo .n. insignita et maximam partem e familia M haustae

Praeterea adhibentur:

- s = codices (unus vel plures) saec. XIV et XV non nominatim laudati, raro etiam Lagomarsiniani hi:

- Lag 2 (Riccardianus 505) saec. XV
 Lag 4 (Riccardianus 506) saec. XV
 Lag 32 (Laurentianus 50, 1) saec. XV
 Lag 36 (Laurentianus 50, 34) saec. XV
 Lag 84 (Riccardianus 561) saec. XV
 Lag 86 (Riccardianus 559) saec. XV

et tres Parisini:

- Parisinus lat. 7703 saec. XV
 Parisinus lat. 7704 saec. XV
 Parisinus lat. 7753 saec. XV

et

- s = manus altera (saec. XV) in cod. E (Erlangensi 848) quae ea quae in codice antiquo deerant, adimplevit.

SIGLA VETERVM EDITIONVM

- | | |
|--------|--|
| Ald | = Aldina 1514 |
| Ascens | = Ascensiana Parisiis 1511 |
| Cob | = Cobbergeri Norimbergensis 1497 |
| Crat | = Cratandri Basileensis 1528 |
| Grut | = Gruteri Hamburgensis 1618 |
| Juni | = Juntinga Florentiae 1514 |
| Lamb | = Lambini Parisiensis 1565/66 |
| Lambm | = Lambinus in margine editionis repetitae Genavae 1584 |
| Lott | = Lotteri ed. Lipsiensis 1515 |
| Man | = Pauli Manutii Venetiis 1554 |
| Med | = ed. Mediolanensis per Alexandrum Minucianum 1498/99 |
| Pol | = lectiones in exemplari editionis Romanae (vide infra) Florentiae in Biblioteca Nationali (sign. A, 2, 16) asservato obviae |

SIGLA

<i>Rom</i>	= editio Romana a 1469
<i>Steph</i>	= ed. C. Stephani Parisiis 1554
<i>Subl</i>	= editio Sublacensis ex officina Pannartii et Sweins- hemii 1465. editio princeps dialogi de oratore
<i>Thanner</i>	= ed. J. Thanneri Lipsiae 1515
<i>Valdarfer</i>	= ed. Valdarferi Venetiis 1470
<i>Ven</i>	= ed. Veneta per Bartholomaeum Alexandrinum et An- dreas Asulanum Venetiis 1485
<i>Vict</i>	= ed. P. Victorius Venetiis 1536

SIGLA QVORVNDAM OPERVM SAEPIVS LAVDATORVM

<i>CRF^a</i>	= Comicorum Romanorum Fragmenta tertiiis curis reco- gnovit O. Ribbeck Lipsiae 1898
<i>GL</i>	= Grammatici Latini ed. H. Keil (Charisius laudatur se- cundum editionem Barwickianam)
<i>ORF^a</i>	= Oratorum Romanorum Fragmenta liberae rei publicae tempore iteratis curis recensuit, collegit H. Malcovati. Corpus Script. Lat. Paravianum 1955
<i>RL</i>	= Rethores Latini Minores em. C. Halm Lipsiae 1863
<i>ROL</i>	= E. H. Warmington Remains of Old Latin, Loeb's Classi- cal Library vol. I 1935 vol. II 1936
<i>TRF^a</i>	= Tragicorum Romanorum Fragmenta tertiiis curis reco- gnovit O. Ribbeck Lipsiae 1897
<i>V^b</i>	= J. Vahlen Ennianae poesis reliquiae ed. tertia Lipsiae 1928

Abbreviations:

<i>add.</i>	= addidit, addiderunt; <i>def.</i> = defendit, defendant; <i>del.</i> = delevit, deleverunt; <i>exp.</i> = expunxit; <i>in ras.</i> = in rasura
<i>ins.</i>	= inseruit; <i>in mge</i> = in margine; <i>om.</i> = omisit; <i>pr.</i> = probavit, probaverunt; <i>ret.</i> = retinuit, retinuerunt <i>sec.</i> = sec- lusit, secluserunt; <i>transp.</i> = transposuit

audire cupimus, quamquam sunt nobis quoque non inaudita. verum illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias quaerimus."

²³ „Equidem probo ista“ Crassus inquit⁴ quae vos facere soletis, ut causa aliqua posita consimili causarum earum ⁵ quae in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate. sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, et vires exerceant suas et linguae celeritatem incitant verborumque frequentia delectantur. in quo fallit eos quod audierunt, dicendo homines ut dicant ¹⁰ efficere solere. vere enim etiam illud dicitur, perverse dicere homines perverse dicendo facilime consequi. quam ob rem in istis ipsis exercitationibus etsi utile est etiam subito saepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratus atque accuratius dicere. caput au- ¹⁵ tem est quod ut vere dicam minime facimus – est enim magni laboris, quem plerique fugimus – quam plurimum scribere. *(stilus est)* stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria: nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio ²⁰ facile vincit, hanc ipsam profecto adsidua ac diligens scrip- ¹⁵¹ tura superabit. omnes enim, sive artis sunt loci sive

⁴ ad § 149 Weidner 54

6.7 cf. Quint. 10, 5, 14 declamationes . . . ad veritatem accom-
modatae ^{13sq.} in istis – dicere *Iul. Vict. RL 441, 1sq.* || 13 stilus est, inquit M. Tullius, *stilus optimus* – *magister Iul. Vict. RL 444, 3* (cf. *præterea Plin. Epist. 7, 17, 18*: nam quod M. Cicero de stilo, ego de metu sentio, *tumor est*, *timor emendator asperri-*
mus) | *Quint. 10, 13, 1* nec immerito M. Tullius hunc „optimum
effectorem ac magistrum dicendi“ vocat: ²² – p. 57, 7 omnes u.
ad scribendo *Iul. Vict. RL 444, 4*

[M deest L = VOPUR] 4 Crassus del. Madvig de fin. II 11 Courbaud | inquit Crassus malit Steindorf ap. Orellium || 7 modo om. 5 || 13 *(etsi ergo) in istis Iul. Vict.* | *etsi om. Iul. Vict.* | etiam om. *Iul. Vict. et R* || 18 *(stilus est) ins. Blangl Philol. 46,* 222 ex *Iulio Vict.* (cf. etiam *Plin. Ep. 7, 17, 18*) | *optimus P¹ R⁶* optimus VOP² U | *optimus (est) Sorof* | *praestantissimus (est) E* *Bake* *praestantissimus (dicitur) Cahen Bull. Critique 11 (1908)* 508–11 || 19 *effector dicendi Iul. Vict.* | *magister (habetur) Kay-*
ser | *nec O* | *neque iniuria sect. Vassie*

ingenii cuiusdam atque prudentiae, qui modo insunt in ea re de qua scribimus, inquirentibus nobis omniq[ue] acie ingenii contemplantibus ostendunt se et occurunt; omnesque sententiae verbaque omnia quae sunt cuiusque generis *(maxime propria)* maximeque industria, sub acumen stili subeant et succedant necesse est; tum ipsa conlocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poetico sed quodam oratorio numero et modo. haec sunt ¹⁵² quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur. et qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc adfert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa quae dicantur similia scriptorum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. ut concitato navigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum, sic ¹⁵³ in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum scriptorum similitudine et vi concitata. in cotidianis autem commentationibus equi- ¹⁵⁴ ³⁴

²² ad § 154sq. cf. Michel 429sq.

^{13–15} hanc – videantur *Iul. Vict. RL 444, 9*

[M deest L = VOPUR] 1 atque L *Iul. Vict.* ac ε editt. || 1.2 qui modo – scribimus om. *Iul. Vict.* || 2 inquirentibus V² R U *Iul. Vict.* Ald Jant Crat Man Steph anq. V² O P Courbaud Friedrich Wilkins Cima (et inquirentibus in *textu* et inquirentibus in mge V siglis v. instructum) || 2–4 omniq[ue] – verbaque om. *Iul. Vict.* || 5 maxime propria ins. Herthel 11 ex *Iul. Vict.* | maximeque industria L (ill – OPR) maxime industria *Iul. Vict.* ε || 6 colloca-
tio OP collatio V² R⁵ Rom || 7 conformatioque V UP² confirma-
tioque OP¹ R | perficitur L perspicitur *Iul. Vict.* || 10 nisi diu L nisi qui diu O⁵ Lamb alii || 13 *(et) hanc Iul. Vict.* || 13.14 etiam si subito dicas *Iul. Vict.* || 17 *(et) ut Bake* | incitato Rom || 17 inhibuerunt L (cf. ad Att. 13, 21, 3) -erint V² ε sustinuerunt Lamb || 22 commentationibus Lag 16, 23, 70, 73, 86 (cf. Brut. 249) con-
citationibus L concert- R⁵ Steph conditionibus vel concepcionibus cogitat- Crat alii exercit – Thanner

dem mihi adulescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem nostrum illum inimicum solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione aliqua lecta ad eum finem quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam quam legissem verbis aliis quam maxime possem comprehendere, eam rem ipsam quam legissem verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem. sed post animadverti hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quae maxime cuiusque rei propria quaeque essent ornatissima atque optima occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus si eius orationem mihi forte posuisset: ita, si isdem verbis uterer nihil prodesse, si aliis etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem. 155 postea mihi placuit eoque sum usus adulescens, ut summorum oratorum Graecas orationes explicarem. quibus lectis hoc adsequabar, ut cum ea quae legeram Graece, Latine redderem, non solum optimis verbis uterer et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quaedam verba imitando, 156 quae nova nostris essent, dum modo essent idonea. iam 20 vocis et spiritus et totius corporis et ipsius linguae motus et exercitationes non tam artis indigent quam laboris; quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformatitem pravitatemque veniamus. 157 exerceenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quam

2sq. cf. Brut. 105 || 17 Quint. 10, 5, 2: vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum judicabant id se L. Crassus in illis Ciceronis De oratore libris dicit factitasse || 20-22 iam vocis – laboris Iul. Vict. RL 441, 4 (libere) || 23sq. quibus – esse Iul. Vict. RL 441, 26 (libere) || 24-26 intuendi – veniamus Iul. Vict. RL 441, 30 (libere)

[M deest L = VOPUR] 5 (ad) quem Muther || 12 posuisse L prop- et Courbaud | nil prodesse Havet propter clausulam || 17 legeram L -rem et Ald Sutton -rim Cral. || 18 et tamen L attamen V² || 22 exercitationis R | indigent V¹P² indiget V¹O¹P¹U¹R haec erunt Iul. Vict. || 23 oratio P || 27 ediscens R

plurimis et nostris scriptis et alienis. atque in ea exercitatione non sane mihi displicet adhibere, si consueris, etiam istam locorum simulacrorumque rationem, quae in arte traditur. educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulvarem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem, subeundus visus omnium et periclitandae vires ingenii, et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. legendi etiam poetae, cognoscendae historiae, omnium bonarum artium doctores atque scriptores et legendi et per volutandi et exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partis et quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque dicendum. perdiscendum ius civile, cognoscendae leges, 158 percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina rei p(ublicae) iura sociorum, foedera, pactiones,

3 cf. 2, 351sqq. 4-7 cf. Iul. Vict. RL 445, 28 M. Tullii sententia qui praecepit ducendam dictionem ex domestica – aciem, subeundum visum || 18sq. cf. § 18; 201; 256; 2, 62 or. 120, part. or. 96

[M = II L = VOPUR] 1 [exer]citatione redit H || 3 etiam om. et secl. Kayser Firmani || 4 educenda deinde dictio est HL (dictio est L) ducendam dictionem Iul. Vict. || 4-6 educenda u. ad proferenda est secl. Bock | hac om. Iul. Vict. || 6 forensem om. Iul. Vict. || 7 subeundus LH -dum Iul. Vict. | visus editores ex Iul. Vict. visum Iul. Vict. usus L Adler Courbaud Richard Sutton om. II gustus Orrlli subeundum visus periculum et per. Harnecker || 7 omnium C Iul. Vict. hominum et Madvig ap. Henrichsen Halm || 8 proferenda est L -dast H || 9 cognoscendae historiae II U¹ (cf. § 187) -enda -ria L Sutton || 10 doctores atque scriptores II scriptores atque doctores L | et legendi L eligendi H legendi vel et perlegendi et || 11 laudandi et M || 12 refellendi L om. M secl. Friedrich¹ 25 ret. Courbaud Firmani Richard || 13 quicquid MOP II quidquid VU || 14 quaque C quacunque V² et Rom | re om. Lamb | eliciendum L elig. M || 14, 15 atque dicendum perdiscendum MV² ad quae discendum VOP ad quae perdiscendum U et perdiscendum R atque discendum et atque eruendum Koch¹ (coll. Or. 79) atque educendum Ammon atque perdiscendum Friedrich¹ 26 atque ediscendum Costa atque dicendum secl. Lamb Schuets alii, sed et propter sensum et propter clausulam (cf. Laurand Style de Ciceron 178, 2) retinendum || 17 – p. 60, 1 pactiones u. ad imperii L om. M

causa imperii cognoscenda est; libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale perspargatur omnis oratio, effudi vobis omnia quae sentiebam; quae fortasse, quemcumque patrem familias adripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis per-
contantibus respondisset.⁵

³⁵ Haec cum Crassus dixisset, silentium est consecutum.
¹⁶⁰ sed quamquam satis iis qui aderant ad id quod erat propositum dictum videbatur, tamen sentiebant celerius esse multo quam ipsi vellent ab eo peroratum. tum Scae-
¹⁰ vola „quid est, Cotta!“ inquit „quid tacetis? nihilne vobis
¹⁶¹ in mentem venit, quod praeterea a Crasso requiratis?“, „id
 mehercule“, inquit „ipsum attendo. tantus enim cursus
 verborum fuit et sic evolavit oratio, ut eius vim et inci-
 tationem aspicerim, vestigia ingressumque non viderim,
 et tamquam in aliquam locupletem ac refertam domum
 venerim, non explicata veste neque proposito argento ne-
 que tabulis et signis propalam conlocatis, sed iis omnibus
 multis magnificisque rebus constructis ac reconditis: sic
 modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius
 ingenii per quaedam involucra atque integumenta per-
 spexi, sed ea contemplari cum cuperem, vix aspiciendi

7 de §§ 160–165 Becker 33

4 cf. § 132 : 11–12 nihilne – attendo Non. 71, 3 (propter at-
 tendere)

[M = H L = VOPUR] 1 cognoscenda est L cognoscendaest M
 del. Pluygers | liberandus H | est L om. M accl. Costa | etiam ex
 omni g. M ex omni etiam g. L ex omni g. etiam H || 2 per-
 spargatur C spargatur V² perspargatur U aspergatur vel spar-
 gitur vel perspargitur ξ | vobis M U R om. V¹ O P || 4 (al) quem-
 cumque L Richard || 5 percunetantibus R || 6 sed C si H || 6 sen-
 tiebat R || 12 quod RNξ editores (cf. Kühner Stegmann II 600
 A 3) quid CN^v Non Stroux¹ | a L Non ab M | id (immo id) ξ
 Rom || 13 mehercule C me Hercules Non (cf. Orator 167) | ipsum
 inquit Non || 14 ut (et) R | et C atquo ξ || 15 non LN^v vesti H
 unde vix Nξ edd. || 17 explicata veste L explicavisti C M (avisti
 in ras M¹) || 18 conlocatis V¹ U collocatio MOPR collatis V¹
 Rom || 20 modo om. V¹ (suppl. V²) ξ del. Ellendt alii || 21 integu-
 menta L integim- M | prospexi ξ Rom || 22 ea contemplari quom M
 templari V² | prospiciendi Stangl²